

Canones

1. Virtus materiam propriè dictam non habet, siquidem ex illa Accidentium serie est, quæ materiam non habet.
2. Virtus habet materiam in qua, sed non ex qua. Sed per materiam in qua, intelligitur ipsum, cui inest, subsistens.

Obiectio.

Accidentia habent materiam, virtus est accidens, Ergo.

R. ex superioribus Canonibus.

Theologia et Ethica differunt fine, obiecto, et subiecto. Fine, Theologia finis est bonum gratiæ, Ethica bonum morale finis civitatis. Obiecto. Theologia versatur circa interiorem hominis affectum quod imaginem Dei præcipientem reformandum adeoque circa cultum Dei internum. Hæc vero circa mores externas in civili hominum societate. #

Virtus moralis à virtute christiana non differunt realiter s. e. essentialiter, sed differunt gradu perfectionis, non sicut aurora à luce matutina à luce meridiana.

Subiecto. Illius est vir probus, bonus ac honestus. Huius est vir pius et religiosus.